Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35421
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



37.

Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gracias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine deus rex celestis deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite Jesu christe. Spiritus et alme orphanorum paraclite. Domine deus agnus dei filius patris. Primo genitus Marie virginis matris. Qui tollis peccata mundi miserere nobis. Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram. ad Marie gloriam. Qui sedes ad dexteram patris. miserere nobis. pro marie mentis. Quoniam tu solus sanctus Mariam sanctificans. Tu solus dominus Mariam gubernans. Tu solus altissimus Mariam coronans. Jhesu christe. Cum sancto spiritu in gloria dei patris Amen:

Credo in vnum deum

Credo in vnum deum

Credo in vnum deum. Patrem omnipotentem factorem celi et terre visibilium omnium et invisibilium. Et in vnum dominum Jhesum xpm filium dei vnigenitum et ex patre natum ante omnia secula. Deum de deo lumen de lumine. deum verum de deo vero.